

qua rogata. ubi degat Hospita, peslime habere, imo animam jam
egere dicit. Illud sibi his dictis ab ipsa, quasi ebrium ipsum
censeat, rusticus credit, cumque juraret illa, non esse aliter, i-
bo, ait, visurus, quid hoc rei: Intrat in thalamum, invenit
fœmina collum & ventrem vulneribus iisdem in locis, in quibus
milites bufonem distinxerant, confossam, laceratamque ita
jam expirasse, dum interea profiteretur ancilla, unde id haberet,
se nescire; hoc autem nosse; domo, imò thalamo pedem illam non
extulisse.

§. 16. Jam quid de hisce sentiendum erit Histori-
is, quærendum erit. Esse veram, uniusque speciei in alte-
ram transformationem, dici non potest, cum illa aut per
generationem, aut per creationem fieri necessè foret, neu-
tra autem ipsis, ut jam fuit evictum, competit, unde a-
liò erit confugiendum. Delrius lib. 3. disquisit. Mag.
quæst. 18. inter alia statuit: *Veris Maleficorum Hominum cor-
poribus Daemonem æream circumdare effigiem, Bellua alicuius
circumponendo caput capiti, os ori, ventrem ventri, pedem pe-
di.* Verum raitoni non videtur omninò probabilis hæc
sententia, siquidem non id fieri possit in omnibus exem-
plis. Cum enim in mures, feles & c. Venefici mutari vide-
antur, statura corporis humani longè excedit mensuram
animalium istorum. Verisimilem tamen esse hanc opini-
onem, cum vel in tauros, Equos, Leones, Asinos & alia
majora bruta transformati appareant Venefici, concedi-
mus.

§. 17. Exemplo potest conducere illud, quod af-
fertur à Majolo Tom. 2. Dier. Canicular. Colloq. 3. Tem-
pore, inquit ille, *Petri Damiani fuerunt dua Vetula in viâ pu-
blicâ, quâ Romam itur, quæ hospitem quandoq; solum advenien-
tem in Equum vel Asinum mutabant. Quodam die & Juvenem
Ehstrionicis gesticulationibus victum quarentem hospitio excep-*

averunt